



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Modestiam definit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

tabantur, vt illius precibus, aliorum Patrum rogatu commendari se flagitarent. Cùm verò positas de Philosophiâ quæstiones extremo studiorum cursu propugnaret, quidam ex ipso Theologicæ scholæ limine (in quâ disputandum erat) in cathedrâ stantem conspicati, iucundè inter se capita conferentes, Heus, aiebant, Theses tuebitur Modestissimus Pater noster, quin horâ vnâ alteraque capimus voluptatem eius intuendi?

Post mortem reperi schedam, sic ab eo de modestiâ scriptam: *Modestia virtus est, quæ motus omnes animi corporisq; cum honestate ac decentia moderatur. Eius virtutis actiones continentur Regulis à B. P. Ignatio de modestiâ scriptis. Incitamenta quæ ad eius observationem inuittant, ista sunt: Primum, Imitari modestiam verecundiamq; B. Virginis, quæ adeò his virtutibus excellebat, vt eâ conspectâ dixerit Dionysius Areopagita, nisi aliter per fidem esset edoctus, pro Deâ illam fuisse veneraturum. Secundum, S. Ignatius multis lacrymis quæ de modestiâ reliquit præcepta septies irrigauit. Tertium, Immodestus iniuriam facit Passioni Christi, qui nostram scilicet immodestiam, membrorum suorum omnium cruciatibus expiauit. Quartum, Immodestus, Matris nostræ Societatis, cui nos cordi adeò sumus, pudorem onerat, letitiam corrumpit, formamq; commaculat. Quintum, Dei vnde.*

undequaque presentia modestos continere nos debet. Sextum, Modestia singulari quamdam gloriam singulis membris nostris conciliamus. Septimum, S. Franciscus Xaverius, quod adolescens inter aequales gregalesq; suos saltu libenter se impigreg; exercens, aliquando corporis agilitate nimium sibi placuisset, brachia coxasq; arctissimis funiculis constrinxit, ut ei nimirum condolerent, cum pedes etiam conficeret iter. Octavum, S. Thecla sententiam capitis expectans, numquam oculos attollere voluit, praestantia, verita circumstantes intueri. Nonum, Religiosus quidam coactus vado flumen transmittere, dum pedes nudare praestantia trepidat, prodigiose in alteram se ripam transportatum sensit. Denique, beatissima Virgo per visum puella Musae apparens cum insigni beatarum Virginum coetu, quem Musa imitari cupiebat, eam iubet abstinere risu, iocis, alijsq; crepundis puerilibus, polliceturq;, post triginta dies cum eodem Virginum agmine redituram, ut comitari cupientem, una secum deducat. Puella grauitatem induit, mores componit, morbum post quintum & vigesimum diem contrahit. Trigesimo beatissima Maria Virgo ysdem puellis stipata reuertitur: Musa eius recreata aspectu, Venio Domina, exclamat, ecce Domina venio, simulq; animam expirauit. His praesidijs atque artibus Ioannes ad summam modestie excel-

IOANNIS BERCHMANNI. 81  
excellentiâ, oculorumque imperium nite-  
batur, nec minore studio reliquorum mem-  
brorum dominatum, gestuum vestitusque  
decentiam omni loco ac temporum occa-  
sione procurabat; nihil ut sit mirum, adeo  
modestiam eius omnibus fuisse admiratio-  
ni, tantisque à virtute illâ fuisse laudibus  
commendatum.

Altera eius cautio aduersus remotissima  
etiam pericula castitatis posita, fuit in fugâ  
omnium familiaritatum. Vnique Scholasti-  
corum, cui plusculum fidebat, tria hæc reli-  
quit documenta: Primum, ne vllam vn-  
quam cum aliquo singularem iniret amici-  
tiam arctiore vinculo societatis. Alterum,  
magnis aliquando animis ingluuiem supera-  
ret: quâ semel subiugatâ, redactaque in pote-  
statem, haud facile deinceps intemperantiæ  
esse obsecuturum. Tertium, in Deum eodem  
ferretur affectu, quo filius in matrem, hinc  
suauissimam quamdam fiduciam illi nasci-  
turam. Inter scripta virtutum suarum prin-  
cipia & illud retulerat: *Nulli ero familiaris:*  
vtique censebat familiaritate minui debitam  
in socios obseruantiam, præberi ansas violan-  
darum legum, darique occasiones admitten-  
di frequentiores culpas. Vna nostrarum le-  
gum est, ne alter alterum vel ioco tangat.  
Ioannes ita scripto proposuerat: *Si quis vel*

F per